



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 32. Romanorum jubilus ob Alexandri electionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

**Sæcul. XV.** **A.C. 1492.** ro Ambrosius Mirabili Nobilis Mediola-  
nensis in Capitolio publica, eaque vere  
magnifica lætitiae signa edidit, eo quod  
Senatoriæ dignitatis, qua sub Innocentii  
Pontificatu fungebatur, confirmationem  
obtinuisse. Joannes quoque Lopez, qui  
sub eodem Pontifice conscribendis Bre-  
vibus Apostolicis præerat, Perusinus E-  
piscopus renunciatus est, ejusque offi-  
cium ad preces Cardinalis Ascanii Ber-  
nardino de Luna concreditum est.

## §. XXXII.

*Romanorum jubilus ob Alexandri  
electionem.*

*Bern. Corius par. 7.* Postera die Senatores urbis, Conserva-  
tores populi, & regionum Præfetti  
vespera sc̄ente cœlo equis vexti unacum  
ingenti Nobilium adolescentum comita-  
tu solemnam pompam instituerunt, præ-  
cedentibus famulis, qui ex alba cera  
faculas gestabant. Ubi ad Vaticanum  
Palatium acceſſerant, ludum equestrem  
exhibebant, inde vero Palatii aream in-  
gressi denuo solemnē ejusmodi ludicra  
spectantium oculos recreabant, postea ex  
equo desilentes, summi Pontificis pe-  
des esculaturi accurrebant, quos Alexan-  
der hac honoris testificatione lœtus, per-  
benigne excepit. Die vigesima septima  
Augusti Papa cum ingenti magnificientia  
de

de more possessionem Palatii ad S. Joan- Sæcul. XV.  
nem in Laterano accepit, ubi omnes pla- A.C. 1492,  
teæ, per quas transibat, aulæis ornatae  
erant, ac distinctis in locis triumphales  
arcus exsurgebant, non sine magna popu-  
li admiratione, qui in nullius Papæ  
solemniis ejusmodi apparatum conspe-  
xerat.

§. XXXIII.

*Nepos Pontificis ad purpuram  
euctus.*

Ultima Augusti die summus Pontifex,  
Patrum confessum habuit, ubi Joannem de Borgia Hispanum inter Nepotes suos primum, qui Montis Regalis Archiepiscopus erat, Sacro Purpuratorum Collegio adscripsit, eumque ad titulum S. Susannæ vocavit.

§. XXXIV.

*Auspicia Pontificatus Alexandri VI.*

Communis erat omnium Principum lætitia, qui neo-electo Pontifici faustam electionis suæ sortem solemnij legatione gratulabantur, nec abs re; nam prudens agendi ratio, qua non solum ante obtentos summi sacerdotii honores, sed etiam sub primis Pontificatus auspicis eminebat, ac præterea ejusdem mansue-